



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

CXLV. Indult des Papstes Martin, daß die Neustadt Brandenburg nicht ohne Schuld derselben mit dem Bann belegt werden soll, vom 20. April 1418.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

**CXLIV.** Des Markgrafen Friedrich Entscheidung der zwischen der Stadt und dem Dom Brandenburg besandenen Streitigkeiten, vom 24. Mai 1416.

Wir ffrederich, von gotes genaden Marggraue zu Brandenburg, des heilg. Rom. Reichs Ertzkamerer vnde Burggraue zu Nurenberg, bekennen vnde tun kunt vor allermenniglichen, Als wy der schelunge wegen, dy gewest ist tzwischen den wirdigen Probst vnde Capittel zu Brandenburg an eyne vnde den vorsichtigen Ratmannen vnd gemeyne der Nuwen Stad zu Brandenburg am andern teyle als von der weyde, acker, bruches vnd zigelerde wegen, dy gelegen sein binnen dem Carpenwere vnde twischen dem graben vnde der Nuwen Stat, dar vmb haben wir sey entscheiden fruntliken vnde mit irer beyder guter wylln vszgesprochen als nachgeschreiben stiet. Czum Irsten haben wir vszgesprochen das, der acker solle abefein vnde von beyden teylen nicht gepfluet nach gearbeydet werden, funder das fall eyne gemeyne weyde sein vnde bliben beden teylen vngehendert. Onch was tzigelerde vnde Bruches tzwischen den steynen vnde Stat ist, das fall der Stat sein vnde bliben, vnde was ouch tzigelerde vnde bruches ist twischen dem graben vnde den Steynen, das fall des Probstes vnde Capittels sein vnde bliben vngehendert. Wers ouch das dy Stat den probst vnde Capitel umb tzigelerde bitten worde, so schal der Probst vnde Capitel der Stat gunnen vnde nicht vpfagen uff siner sute tzigelerde zu graben, ab sey des notdurftig worden, an geuerde. Onch sal der grabe sein vnde bliben uff des Probstes vnde Capittels eygen vnde der Probst vnde Capittel fullen des gunnen, das man den graben vesten vnde zu eyner lantwere behalden moge. Was ouch acker, grafes, weide, holtzes vnde bruches uff jener sute des graben ist, das sal ouch des Probstes vnde des Capittels vngehendert sein vnde bliben. Onch sal kein teil dem andern schaden tun an Irem getreide vnde wesen vnd weiden, In der tziet so man sy heget. Doran ober vnde tzuge aller diesser vorschreiben Artikeln sein gewesen der Erwürdige here Johannes von gotes vnd beblicher genaden der kirchen zu Brandenburg gekoren, der hochgeborn furste her Wartisflaff zu stettin vnd wolgaft Hertzoge, der wolgeborn her Balthasar here zu werle, dy wirdigen heren henricus zu lennyn vnd hermannus zu Chorin Abpte, her Ghuntzel von Berthenfleuen, her Nymant von loben ritter vnde Geuehart von Aluenfleuen. Geben zu Brandenburg, Nach cristi geburd vierzeenhundert vnd in dem fechszeenden Jaren, am Sontage als man singet vocem jocunditatis. Zu vrkunde haben wir dissen brieff mit vnserm angehangen Ingefigel lassen versigelen.

Nach dem besiegelten Original im Besiz des Herausgebers.

**CXLV.** Indult des Pappstes Martin, daß die Neustadt Brandenburg nicht ohne Schuld derselben mit dem Bann belegt werden soll, vom 20. April 1418.

Martinus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam memoriam rei. Honestis et humilibus supplicum votis, presertim illis, que divini cultus augmentum et animarum salutem concernunt, libenter annuimus illaque, quantum cum deo possumus, favoribus prosequimur oportunis. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum proconsulum, consulum ac universitatis nove civitatis Brandenburgensis, nobis exhibita continebat, quod sepe contingit, dictam civitatem ex eo ecclesiastico subijci interdicto,

Haupttheil I, Bd. IX.

quod a nonnullis iudicibus tam a sede apostolica vel ejus legatis deputatis vel eorum subdelegatis sive commissariis, diversis fungentibus auctoritatibus, quam etiam ab ordinariis civitatis et diocesis Brandenburgensis ac aliorum locorum, in personas extraneas accedentes ad illam et alias quoquomodo, utputa causa comedendi vel bibendi seu etiam pernoctandi aut alias sua negotia peragendi aliquamdiu ibidem lares suos foventes vel aliqua bona immobilia habentes, excommunicationis seu interdicti sententia fulminate existunt vel eidem ingressus ecclesie est interdictus, et quandoque dicti iudices mandant in eorum processibus vel rigore provincialium vel synodalium constitutionum inhibent, ne in predicta nova civitate etiam post recessum talium personarum excommunicatarum et interdictarum aut quibus ut prefatur hujusmodi est ingressus interdictus, per dies aliquot et interdum per mensem seu menses divina officia celebrentur, interim decedentibus ex personis, incolis, habitatoribus ipsis ecclesiastica sepultura denegatur, immo corpora defunctorum ibidem in locis profanis pro tempore sepeliuntur et interdicto sublato seu evanescente hujusmodi exhumentur a locis ipsis et apud ecclesias seu cimiteria ecclesiarum tunc demum ponuntur absque culpa proconsulum, consulum et universitatis predictae nove civitatis, unde etiam divinus cultus diminuitur et animarum pericula subsequuntur, ac populi devotio retardatur et lentescit in nova civitate predicta et sepe inter dilectos filios, clerum dicte nove civitatis, nec non proconsules, consules, universitatem et incolas ac habitatores rixe et scandala fuscitantur; quare pro parte proconsulum, consulum et universitatis predictae civitatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis super hoc providere de remedio oportuno de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui divinum cultum augeri et animarum periculis obviare intentis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, prefatis proconsulibus, consulibus et universitati, ut, postquam hujusmodi persone quacunque etiam auctoritate excommunicate et quibus est, ut prefertur, ingressus ecclesie interdictus, si que ad prefatam novam civitatem accesserint et ibidem comedendo vel bibendo seu pernoctando aut alias sua negotia peragendo moram traxerint, etiam si in eadem nova civitate lares suos foverint vel ibidem aliqua bona immobilia obtinuerint, dummodo per proconsules, consules et universitatem predictos realiter expulsi fuerint, ipsique proconsules, consules et universitas culpam non dederint interdicto dictasque personas per eos expulsas, ut premititur, non . . . . ac excommunicationis sententia, qua ligate habentur, absolute, et interdictum hujusmodi sublatum fuerit, nullatenus ad ejusdem nove civitatis admittant ingressum vel nisi de ipsa nova civitate sponte recesserint, in ipsorum proconsulum, consulum et universitatis presentiam; pro tempore in eadem nova civitate ac ejus ecclesiis et capellis statim post expulsionem hujusmodi divina officia excommunicatis et interdictis exclusis celebrare ac populo utriusque sexus dicte nove civitatis sacramenta et decedentibus pro tempore hujusmodi sepulturam ecclesiasticam ministrare possint, dum tamen ipsa nova civitas specialiter non fuerit ecclesiastico interdicto supposita nec id clero, predictis proconsulibus, consulibus ac universitati seu alicui vel aliquibus eorum contigerit specialiter interdicti, tenore presentium de speciali gratia indulgemus, apostolicis nec non hujusmodi provincialibus et synodalibus constitutionibus et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Constantie, XII Kal. Maji, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original.